(b) Moneta ſine auctoritate Principis fabricata dicitur falſa; quia in moneta duo neceſſariò requiruntur, veritas, & auctoritas; & cum non ſufficiat veritas, ſi deficiat auctoritas, ideo rectè declaravit hæc Ordinatio, quòd illa moneta erit falſa, quæ fuerit ſine juſſu Principis fabricata, etiamſi in materia, pondere, & forma, ſit vera; de quo vide latè Farinac. *in Prax. crimin. q.* 115. *inſpect.* 1. *n.* 18., Bajard. *ad Clar. §. Falſum. n.* 309., Maſcard. *de Probation. concl.* 1071. *n.* 2. 3. & 4., Scacc. *de Commerc. §.* 2. *gloſ.* 3. *n.* 128., Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 51. *n.* 58., Sabel. *in Sum. §. Moneta. n.* 2., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 702. *n.* 1. & 10., Calder. *dec.* 10. *n.* 13., Portug. *de Donation. Reg. p.* 2. *cap.* 25. *num.* 34., Peg. *tom.* 9. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 26. *§.* 3. *n.* 26.

(c) Monetam fabricare eſt de Regalibus, & ſolus Princeps eam cudere poteſt; Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 7., Peregrin. *de Jur. Fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 25., Valenzuel. *conſ.* 30. *n.* 10., Caſtilh. *de Tert. cap.* 41. *num.* 102., Cabed. *p.* 2. *dec.* 45., Larrea *dec.* 12. *n.* 6., Farinac. *in Prax. crimin. q.* 115. *n.* 53., Calder. *dec.* 10. *n.* 14., Portug. *de Donat. Reg. p.* 2. *cap.* 25. *n.* 14., Ord. *lib.* 2. *tit.* 26. *§.* 2.

Falſam monetam fabricans committit crimen Læſæ-Majeſtatis, cùm ipſum Principem, & ejus auctoritatem offendat; Farinac. *in Prax. d. q.* 115. *à n.* 1., Gutierr. *Practic. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 9., Covarr. *in tract. de Veter. numiſmat. cap.* 8. *n.* 3. *verſic. Ideo hujus criminis reus.* Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 702. *n.* 1., Portug. *de Donat. d. cap.* 25. *n.* 49., Scacc. *de Commerc. §.* 2. *gloſ.* 3. *n.* 127., Matth. *de Re crim. controv.* 44. *n.* 3. Et ideo in hac Ordinatione decernitur, quòd committens hoc crimen puniatur pœna mortis per ignem, & bona ejus confiſcentur, & ita de Jure Codicis extat diſpoſitum *in L.* 2. *Cod. de Falſ. monet.*, Gom. *in L.* 83. *Taur. n.* 10., Jul. Clar. *in §. Falſum. n.* 37., Farinac. *d. q.* 115. *à n.* 8., Gutierr. *Practic. lib.* 3. *d. q.* 4. *à n.* 3., Cardoſ. *in Prax. verb. Moneta. n.* 3., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. Quanto., de Jure jurand. n.* 10., Cabed. *p.* 1. *dec.* 89., Portug. *de Donat. p.* 2. *cap.* 25. *n.* 51., & ita practicari in Hiſpania, Gallia, Neapoli, Mediolano, Verona, Ferraria, & in Statu Eccleſiaſtico teſtantur Portug. *d. num.* 51., & Cortiad. *dec.* 87. *num.* 12.

Ad verb. *Morte natural de fogo*; nota, quòd hæc pœna mortis per ignem non eſt in uſu, ſed priùs Rei ſuffocantur, & poſtea comburuntur; ut de conſuetudine Regni teſtatur Senator Joann. Alvar. da Coſta *in quadam Nota ad hanc Ordinationem*; quia valdè inhumanum eſſet, quòd homines vivi comburerentur: non enim pietas Chriſtiana patitur hanc ſævam executionem, niſi in crimine hæreſis, & Apoſtaſiæ, quando Rei in obſtinatione impœnitentes perſeverant; ut per formalia tenet Matth. *de Re crimin. controv.* 44. *n.* 23.

(d) Pœna mortis per ignem non ſolùm habet locum contra fabricantes falſam monetam, ſed etiam contra auxiliantes, & conſulentes ad hoc crimen perpetrandum; nam iſti eadem pœna mortis puniuntur, & concremantur, ut declarat hæc Ordinatio, & tenent Farinac. *in Prax. crim. q.* 115. *n.* 30. 31. & 32., Gom. *in L.* 83. *Taur. n.* 10., Conciol. *in Reſol. crim. verb. Moneta falſa. reſolut.* 2. *n.* 4., Giurb. *conſ.* 85. *n.* 1., Matth. *de Re crimin. controv.* 45. *n.* 16., Portug. *de Donat. Reg. p.* 2. *cap.* 25. *n.* 56., Thom. Vaz *alleg.* 13. *n.* 44.

Quod etiam procedit reſpectu illius, qui habens ſcientiam hujus facinoris non revelavit illud, ut declarat hæc Ordinatio; nam licèt regulariter ſola ſcientia criminis non puniatur, ex L. *Culpa caret.* 59. *ff. de Regul. jur.*; nihilominùs quando eſt contra Principem, habet obligationem revelandi, & ex ſola ſcientia punitur, ex *L.* 1. *Cod. de Falſ. monet. L.* 9. *§.* 1. *ff. Ad L. Cornel. de falſ.*, Farinac. *in Prax. crimin. q.* 115. *n.* 9. & 40., Bajard. *ad Clar. §. Falſum. n.* 324., Portug. *de Donat. d. cap.* 25. *n.* 84., Larrea *alleg. Fiſcal.* 65. *n.* 39., ubi, quòd ſolùm excuſatur dominus domus, in qua cuditur falſa moneta, ſi cum primùm id ſciverit, delictum manifeſtaverit, ex *d. L.* 1. *Cod. de Falſ. monet.*

Limita tamen diſpoſitionem hujus Legis in uxore, quæ mandato mariti auxilium ei præſtat in fabricanda falſa moneta; nam iſta non pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria puniri debet; Gom. *tom.* 3. *Var. cap.* 3. *num.* 42., Farinac. *in Prax. crimin. q.* 97. *num.* 151., Giurb. *conſ.* 85. *per tot.*, Conciol. *in Reſolut. crimin. verb. Moneta falſa. reſolut.* 2. *num.* 4., Sabel. *in Sum. §. Moneta. ſub num.* 2. *verſic. Et qualiter.*, Cortiad. *dec.* 87. *ſub n.* 24., Matth. *de Re crimin. controv.* 46. *n.* 7. Sed hoc non procedit reſpectu concubinæ, ut declarat idem Matth. *n.* 8.

(e) Domus, in qua falſa moneta fabricatur, quamvis ſit aliena, confiſcatur, ſi dominus adeò propè habitabat, vel cum delinquente talem habebat converſationem, ut veroſimiliter præſumi poſſit ſcientiam facinoris habere; dum tamen ipſe dominus ſit maſculus maior quatuordecim annorum; ſecùs ſi talis domus, fundus, vel locus ſit alicujus mulieris viduæ, vel minoris quatuordecim annorum; quia tunc non confiſcatur, ut declarat hæc Ordinatio; & de Jure extat diſpoſitum in *L.* 1. *§. Domus. Cod. de Falſ. monet.*, Covarr. *de Veter. numiſmat. cap.* 8. *n.* 3., Gom. *in L.* 83. *Taur. n.* 3. *verſic. Item etiamſi domus.*, Farinac. *in Prax. crimin. p.* 4. *q.* 115. *n.* 16., Molin. *de Juſt & Jur. diſp.* 702. *n.* 3., Conciol. *in Reſolut. crim. verb. Moneta falſa, reſolut.* 2. *n.* 3., Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 51. *n.* 69., Portug. *de Donat. Reg. p.* 2. *cap.* 25. *n.* 57., Sabel. *in Sum. §. Moneta. ſub n.* 2. *verſic. Quod domus.*, qui tamen limitant in caſu, quo ignorantia domini ſit probabilis, ut quia longè abfuit, vel ut primùm ſcivit, revelavit,

Moéda falſa quem a fizer naõ gozará de privilegio peſſoal, que tenha de Fidalgo, Cavalleiro, Cidadaõ, ou outro ſemelhante, para ſe eſcuſar da pena, que ſe daria a outro qualquer do Pôvo, *liv.5. tit.12.* §. 2. (a)

Moéda falſa, quem a comprar, vender, ou diſpender, ou pagar com ella alguma divida, ſabendo que era falſa, ſe importar na quantia de mil reis por huma vez ou por duas, tem pena de morte, e perdimento dos bens, *ibid.* §. 3. (b)

Moéda de ouro, ou prata, quem a cercear, diminuir, ou corromper, e as cerceaduras que tirar, ou juntas, ou por partes, valerem mil reis, tem pena de morte; e valendo menos, ſerá degradado para ſempre para o Braſil, e perderá os bens, *ibid.* §. 4. (c)

Moéda de prata de fóra do Reyno, quem a desfizer tem pena de degredo de dez annos para Africa, e perdimento da ametade dos bens, *ibid.* §. 5. (d)

MOEDEIROS da Cidade de Lisboa tem privilegio para naõ ſerem demandados ante o Corregedor da Côrte, mas ſeráõ remettidos a ſeu Conſervador, *liv.2. tit. 62.* (e)

Moedeiros ſendo demandados por Viuvas, ou Peſſoas miſeraveis, conhecerá o ſeu Conſervador; porêm ſe elles demandarem as Viuvas, e Peſſoas miſeraveis, ſeguiráõ o foro dellas, *ibid.* §. 1. (f)

Moedei-

(a) Falſæ monetæ fabricator dicitur proditor erga Regem, & ideo infamiam incurrit, amittitque omnia privilegia nobilitatis, & pœna vili puniendus eſt, ut declarat hæc Ordinatio, & patet ex alia Ord. *lib.5. tit.139.* §.2., de quo vide Portug. *de Donat. Reg. p.2. cap.25. n.80. & 81.*, Thom. Vaz *alleg.13. n.43.*

(b) Monetam falſam expendentes puniuntur etiam pœna mortis; quia falſum circa monetam committere dicuntur, ut diſponitur in hac Ordinatione, & tenent Gom. L.83. *Taur. n.5.*, Azeved. *in L.5. tit.17. lib.8. Nov. Recopilat. n.45.*, Merlin. *Controverſ. Forenſ. centur.2. cap.26. à n.16.*, Portug. *de Donat. Reg. p.2. cap.25. à n.66.*, Matth. *de Re crimin. controv.46. à n. 2.*, Cortiad. *dec.87. num. 35.*, Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg.51. num. 64.*, Calder. *dec. 10. n. 23.*, Sabel. *in Sum.* §. *Moneta. ſub n. 4. verſic. Intellige.*

Limitant tamen DD. hanc concluſionem in expendente modicam quantitatem, dicentes, quòd non eſt puniendus pœna ordinaria, ſed tantummodò extraordinaria; Farinac. *in Prax. crimin. q.115. n.138. & ſeqq.*, Conciol. *in Reſolution. crimin. verb. Falſa moneta. reſolut.4. n.5.*, Cortiad. *tom. 2. dec. 87. ſub n. 35.*, Calder. *tom. 1. dec.10. n. 24.*; noſtra tamen Ordinatio declaravit, quòd ſi quis expenderit quantitatem mille teruntiorum pro una vice, vel per partes pro duabus vicibus, pœna ordinaria plectendus erit: ex quo ſequitur, quòd ſi expendat in minori quantitate pœna extraordinaria tantummodò erit puniendus.

Limitant tamen in caſu, quo expendens ignoraverit monetam eſſe falſam; quia ad hoc ut pœna adverſùs expendentes monetam falſam poſſit habere locum, requiritur, quòd ipſi ſciant illius falſitatem, ut declarat hæc Ordinatio in verbis: *Sabendo que era falſa*; nam ſi ignoranter expendant, non puniuntur aliqua pœna, ſed ignorantia illos excuſat, ut de jure tenent Covarr. *de Veter. numiſmat. cap.8. num. 4.*, Farinac. *in Prax. crimin. q.115. à n.153.*, Bajard. *ad Clar.* §. *Falſum. n.331.*, Conciol. *in Reſolut. crimin. verb. Moneta falſa. reſolut.4. num. 6.*, *& ad Statut. Eugub. lib.4. rubr.45. n. 4.*, Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.51. n.65.*, Calder. *tom.1. dec.10. n.23.*, Cortiad. *tom.2. dec.87. ſub n.34.*, Portug. *de Donation. Reg. part.2. cap. 25. ſub n. 66.*, qui omnes de materia latè agunt.

(c) Monetam auream, ſeu argenteam ſiquis totonderit, raſerit, vel diminuerit, in pœnam mortis incurrit, ut diſponit hæc Ordinatio, & tenent Bajard. ad Clar. *in* §. *Falſum. n. 325.*, Farinac. *in Prax. crimin. p. 4. q. 115. n. 103.*, Covarr. *de Veter. numiſmat. cap. 8. num. 5.*, Gom. *in L.83. Taur. n.4.*, Auguſt. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. p.3. alleg.51. n.59.*, Matth. *de Re crimin. controv.47. n.5.*, Portug. *de Donation. Reg. p. 2. cap. 25. n. 61.*, Conciol. *in Reſolut. crimin. verb. Moneta falſa. reſolut. 5. à n.1.*, Cortiad. *tom.2. dec.87. ſub n.27.* Quod tamen limitant DD. in tondente, ſeu radente monetam in parva quantitate; quia non pœna ordinaria, ſed extraordinaria Judicis arbitrio puniendus eſt; Bajard. *ad Clar.* §. *Falſum. n.327.*, Azeved. *in L.1. tit.17. lib.8. Recopilat. n.42.*, Farinac. *d. q.115. n.111.* qui *in n. 112. & 139.* explicat quæ dicatur parva quantitas; Conciol. *d. reſolut. 5. num. 9.*, Calder. *tom.1. dec.10. n.27.*, Auguſt. Barboſ. *d. alleg.51. n. 63.*

Sed hæc noſtra Ordinatio declaravit, quòd ſi circumciſiones, ſeu raſuræ aſcendant ad quantitatem mille teruntiorum, pœna capitali puniendus erit circumcidens, ſeu radens; ſi verò fuerint in minori quantitate, pœna relegationis perpetua in Braſiliam multabitur. Advertit tamen Matth. *de Re crimin. controv.47. n.8.*, quòd hæc pœna mortis in hoc caſu non debet eſſe per ignem; quia hæc ſolùm imponitur adverſùs fabricatores falſæ monetæ. Sed de Jure noſtri Regni extat diſpoſitum, quòd æquali pœna mortis, ſcilicet ignis, puniantur tam radentes, quàm fabricantes, ut jam ſupra notavimus in verb. *Crime de cercear moéda tem pena de morte natural, e confiſcaçaõ de bens, &c.*

(d) Vide ſupra notata verb. *Desfazer, ou mandar desfazer naõ póde ninguem moéda de prata, aindaque ſeja de fóra do Reyno.*

(e) Monetarii habent privilegium avocandi cauſas ad ſuum Conſervatorem; ſed hoc privilegium non prævalet privilegio Familiarium S. Inquiſitionis, ut tenet Phæb. *p.2. areſt. 99.* Sed vide ſequentem Notam Senatoris Joan. Alvar. da Coſta: *Por Reſoluçaõ tomada no anno de 1684., e Carta de 28. de Julho de 1685. do Secretario Pedro Sanches Farinha ao Inquiſidor Géral, ſe aſſentou que concorrendo Familiar, e Moedeiro deve o A. ſeguir o foro do R., ſendo partes Alvaro Pereira de Macedo, e Diogo Soares da Veiga*; de quo vide etiam Peg. *tom. 12. ad Ord. lib. 2. tit.62. ad rubr. n.129., & ad princ. n.9., & tom.13. ad Ord. lib.3. tit.5.* §. 3. *cap. 27. n. 155.* Et ſi litigent cum Gallis, vel Britanis debent hoc facere coram Conſervatoribus Nationum, ut decretum fuit in Extravag. inſerta in Ord. *lib.1. tit.52. Coll.1. n.2.* Et gaudent privilegio fori etiam in caſibus reſiſtentiæ; ita fuit judicatum in Judicio Coronæ, ut refert Senator Oliveira in ſequenti Nota: *Julgou-ſe no Juizo da Corôa, ſendo ouvido o Procurador della, que tambem nos caſos de reſiſtencia gozavaõ os Moedeiros do privilegio do foro, e que deviaõ ſer remettidos, em Março de 1678.* Et an ejus filii, uxores, & familiares gaudeant privilegio fori, vide Baſilic. *dec. 17.*, Fermoſin. *part. 2. alleg. Fiſcal. 13. à n. 66.*, *& in cap. Cum contingat. 13. de For. competent. q. 11. n. 6.*, Cortiad. *dec.8. n.112.*, *& dec.30. n.169.*

(f) Cum privilegiatus non gaudeat ſuo privilegio contra pariter privilegiatum, ex multis juribus, & rationibus, quas congeſſit Carleval *de Judic. tit. 1. diſp. 2. n.632.*, ideo decrevit hæc Ordinatio, quòd concurrente

Monetario

Moedeiro, ſe requer que o remettaõ ao ſeu Conſervador, e o Juiz o naõ remetter, paga vinte cruzados, *liv.* 2. *tit.* 62. §. 3. (a)

Moedeiro, que for preſo, dizendo ao Alcaide, ou Meirinho, que o leve ao ſeu Conſervador, poſto que naõ lhe moſtre certidaõ de Moedeiro do numero, ſe o naõ levar, paga vinte cruzados, *ibid.* §.4.(b)

Moedeiro, que goza de privilegio, ha de ſer do numero dos cento e quatro, *ibid.* (c)

Moedeiro he remettido pelo Corregedor da Côrte ſem outro deſpacho da Relaçaõ, *ibid.* §. 5.

Moedeiro, por cuja cauſa he algum Official condemnado nos encoutos, naõ póde elle da tal ſentença dos encoutos appellar, nem aggravar, e ſómente poderá aggravar a El-Rey, *ibid.* §. 6.

Moedeiro falſo naõ goza do privilegio para eſcuſar pena vil, *liv.* 5. *tit.* 139. §. 2.

Moedeiro nos feitos da almotacería reſponde perante ſeu Conſervador, *liv.*2. *tit.*62. §. 2. (d)

Moedeiro, que he Official de Juſtiça, nos erros comettidos no dito Officio, naõ goza do foro do ſeu Conſervador, *liv.*1.*tit.*14.§.1.

MOLLICIE ſe comette com outro do meſmo ſexo, e ſe caſtiga com degredo de galés, *liv.*5. *tit.*13. §.3. (e)

Mollicie, quem a deſcobrir, tem de premio ametade da fazenda do culpado, *ibid.* §. 4.

Mollicie, quem a naõ deſcobrir, ſabendo-a, perde os bens, e he degradado, *ibid.* §.5.

Mollicie, em que os tocamentos deshoneſtos, e torpes naõ ſaõ baſtantes para ſe haver por provado, ſe caſtiga com degredo de galés, e outras penas, *ibid.* §. 6.

Mollicie ſe próva por duas teſtemunhas de differentes actos, *ibid.* §. 7.

Mollicie, que naõ ſe próva, mas ha indicios, por elles ſe dá tormento, *ibid.* §. 8.

MOLEIROS devem ter meyo alqueire, e maquia, affilados duas vezes no anno, *liv.* 1. *tit.* 18. §. 53.

MONTEIRO-MÓR póde trazer ſeus contendores á Côrte, *liv.* 3. *tit.*5.

MÓRA ſe comette, quando o devedor naõ torna o empreſtimo ao prazo, que lhe foi poſto; e naõ ſendo declarado o tempo cada vez que o Crédor lho pedir, e deſde entaõ fica conſtituído em móra, *liv.* 4. *tit.*50. §. 1. (f)

Móra

Monetario cum Vidua, ſi Monetarius fuerit Reus, tenebitur Vidua litigare coram Conſervatore Monetarii; ſi verò Monetarius fuerit Actor tenebitur litigare in foro Viduæ competenti, ut declarat hæc Ordinatio, quia cum ſint æqualiter privilegiati, debet Actor ſequi forum Rei, ut diſponitur in Ord. *lib.*3.*tit.*5.§.3., Cabed. *p.*1. *dec.*54.*n.*12., Thom. Vaz *alleg.*65.*n.*38., Oliv. *de For. Eccleſ. p.*3.*q.*14.*n.*20., Arouc. *alleg.*101. *num.* 4., Carleval *ubi ſupr. d. n.*632., Peg. *For. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 87.

(a) Quælibet tamen cauſa ſufficiet ad excuſandum ab hac pœna, ut in caſu, de quo Phæb. *p.*2. *areſt.* 99.

(b) Vide Phæb. *p.* 2. *areſt.* 99.

(c) Non ſolùm debent eſſe de numero, ſed etiam debent actualiter inſervire, ex nova Reformat. Juſt. §. 8., & ex Regimin. *Domus Monetæ cap.* 74.

(d) Revocata fuit hæc Ordinatio per Leges Extravag., quas habes in Ord. *lib.*2. *tit.* 59. *Coll.*1. *n.* 1. *&* 2., *& lib.*3. *tit.*5. *Coll.*1. *n.*1. *&* 2., & eas tranſcribunt Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.*39. *n.*13., Peg. *tom.* 6. *ad Ord. lib.* 1. *tit.*66. §. 27. *pag.* 214., *& tom.* 12. *lib.* 2. *tit.* 62. *ad* §. 2. *ſub n.* 1. *pag.* 509., Oliveir. *de Muner. Proviſor. cap.* 7. *n.*12. *in fin. fol.* 193.

(e) Vide ſupra notata in verb. *Crime de mollicie, quem o cometter ſerá caſtigado com degredo de galés.*

(f) Mora dupliciter, ſeu duobus modis fit, aut ex re, aut ex perſona: mora ex re dicitur facta, quando quis non adimplet illud, quod de Jure tenetur adimplere abſque interpellatione, veluti quando quis ſcit hæreditatem eſſe delatam Fiſco, & eam non reſtituit; vel quando ſocius pecunias communes in uſus proprios convertit; vel quando quis habens rem furatam, eam vero domino non tradit; quia in iſtis, & ſimilibus caſibus conſtituitur quis in mora ipſo jure, & tenetur ad intereſſe; vocaturque hæc mora irregularis; ut bene explicat Menoch. *de Arbitr. lib.*2. *centur.*2. *caſ.*220. *ex n.*6. *cum ſeqq.*, Leotard. *de Uſur. q.*81. *n.*6., Maſcard. *de Probat. vol.*3. *concl.* 1072. *n.* 10., Scacc. *de Commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.*2. *ampliat.* 8. *n.* 113. *& ex n.* 117., Sabel. *in Sum.* §. *Mora. n.* 1., Merlin. *controv. For. centur.* 2. *cap.*25. *n.*2 *&* 3., Caſtilh. *lib.*2. *Controv. cap.*1. *n.*60., *& lib.*8. *cap.*50. *n.*29., Auguſt. Barboſ. *in cap. Mora.* 25. *ex n.*2. *de Regul. jur. in Sext.*, Sylv. *ad Ord. lib.*4. *tit.*8. §. 2. *n.* 3., Moraes *de Execut. lib.*2. *cap.* 12. *num.* 50.

Et hæc mora irregularis fit etiam in contractibus correſpectivis, ultrò citròque obligatoriis, quando unus adimplet ex parte ſua, alter verò non; quia iſte, qui non adimplet conſtituitur in mora abſque interpellatione; Menoch. *de Arbitr. d. caſ.*220. *n.*22., Staib. *Reſolut. For. centur.* 2. *reſolut.*173. *n.*28., Sperel. *dec.*107. *n* 15., *& dec.*130. *n.*4., Gall. *de Fruct. diſp.*25. *artic.*2. *n.*27., Moraes *de Execut. lib.*2. *cap.*12. *n.*44., Guerreir. *tract.*4. *de Ration. reddend. lib.*2. *cap.* 11. *n.*49., Sylv. *tom.*4. *ad Ord. lib.*4. *tit.*5. §.1. *num.* 28.

Mora autem ex perſona, quæ regularis dicitur, de qua agitur in hac Ordinatione, duplici modo contrahitur: Primò, quando creditor debitorem ſuum interpellat congruo loco, & tempore: Secundò, quando certa dies ad ſolvendum inter partes aſſignata fuit; nam ſi debitor poſt interpellationem, aut poſt diem conventionalem, debitum non ſolvat, conſtituitur in mora, ut declarat hæc Ordinatio, & conſtat ex Text. *in L. Mora.* 32. *ff. de Uſur.*, Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.*220. *à n.*25., Leotard. *de Uſur. q.*81. *ex n.*7., *& ex n.*26., Caſtilh. *lib.*2. *Controverſ. cap.*1. *n.*62., Staib. *de Intereſſ. lib.* 1. *q.*17. *n.*31., Gall. *de Fruct. diſp.*25. *artic.*2. *n.*18., Roſ. *conſult.*29. *n.*71., Coller. *de Proceſſ. executiv. p.*3. *cap.* 3. *n.* 1., Guerreir. *de Muner. Judic. Orphan. tract.* 4. *lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 51.

Quoad primum caſum, ſcilicet, quòd per interpellationem conſtituatur debitor in mora, notandum eſt, quòd ſufficit unica tantùm interpellatio, ut tenent Hering. *de Fidejuſſor. cap.*24. *n.*143. *& ſeqq.*, Petr. Barboſ.

Móra de tornar a couſa empreſtada a ſeu tempo, faz pagar o damno do caſo fortuîto, *liv.* 4. *tit.* 53. §. 3. (a)

Móra do foreiro, que naõ pagou tres annos contînuos a penſaõ dos bens prófanos, naõ ſe purga offerecendo ao Senhorîo todas as penſoẽs devidas, poſtoque o Senhorîo as receba, ſalvo ſe expreſſamente o relevar, *liv.* 4. *tit.* 39. §. 1. (b)

Móra do foreiro de bens Eccleſiaſticos ſe purga offerecendo ao Senhorîo as penſoẽs devidas em qualquer tempo, antes que ſeja citado em juizo, ou depois de citado offerecendo-as antes da lide conteſtada, *ibid.* §. 2. (c)

Móra ſe purga no commiſſo do foro dos bens Eccleſiaſticos, e naõ no dos profanos, por ſer mais breve o tempo do commiſſo de huns, que dos outros, *ibid.*

MORA-

*in L. Si mora.* 10. *num.* 9. *ff. de Solut. matrim.*, Menoch. *d. caſ.*220. *n.*29., Caſtilh. *lib.*2. *Controv. d. cap.* 1. *n.*61., Genoa *de Enuntiativ. verb. poſt tract. de Scriptur. privat. lib.* 2. *q.*19. *per tot.*, ubi latè hoc punctum examinat; Guerreir. *de Muner. Judic. Orphan. tract.*4. *lib.*2. *cap.*11. *n.*65.

Et an hæc interpellatio poſſit fieri verbis enuntiativis, vel deprecativis? vide Hermoſilh. *L.* 8. *gloſ.*4. *tit.*1. *partit.*5. *ex n.*12. *cum ſeqq.* Et diximus ſupra, quòd fieri debet hæc interpellatio congruo loco, & tempore; quia ſi fiat in Eccleſia, dum quis auſcultat officia ſacra, non incurrit in mora per talem interpellationem; Hermoſilh. *in L.*8. *gloſ.*4. *tit.*1. *partit.*5. *n.*23., Mend. à Caſtr. *p.*2. *lib.*5. *cap.* 1. *n.*37., Peg. *tom.*13. *ad Ord. lib.*3. *tit.* 9. §.7. *gloſ.*9. *n.*6. Nec etiam incurrit in mora, ſi interpellatio fiat in tempore, quo quis ducebat uxorem, vel ſepeliebat ſuum defunctum; ut ait idem Hermoſilh. *d. gloſ.*4. *d. n.*23., Eſcobar *de Ratiocin. cap.* 16. *n.* 36., Gratian. *For. cap.*243. *n.* 1., quod extendunt etiam ad novenarium. Et nota, quòd facta interpellatione non ſtatim conſtituitur debitor in mora; ſed neceſſe eſt, quòd tranſeat aliquod tempus, arbitrio Judicis, ut explicat Ordinatio in hoc §.; Gratian. *For. cap.*43. *n.* 35., Hermoſilh. *in d. L.* 8. *gloſ.*4. *n.*29.

Quoad ſecundum verò caſum, ſcilicet, quòd debitor conſtituatur in mora, poſt diem conventionalem, notandum eſt, quòd hæc regula procedit, quando creditor adeſt in loco, ubi debet fieri ſolutio, ſeu aliqua perſona à creditore deſignata ad recipiendum; Grat. *For. cap.*42. *n.*20., *& cap.*400. *n.*7. *&* 8., Eſcob. *de Ratiocin. cap.* 17. *n.* 26. *&* 27., Gall. *de Fructib. diſp.* 20. *artic.* 5. *n.* 34., Hermoſilh. *L.*10. *gloſ.*4. *tit.*1. *partit.* 5. *n.* 75. Cætera, quæ hìc deſunt ad plenitudinem materiæ, vide apud DD. ſupra relatos. Et vide etiam notata in verb. *Empreſtimo, em que naõ he declarado o tempo, em que ſe ha de tornar, &c.*; & verb. *Empreſtimo, que ſe naõ torna ao tempo he o devedor conſtituîdo em móra.*

(a) Debitor moroſus, qui ad præſtandum aliquid eſt obligatus, de caſu fortuito tenetur, ut declarat hæc Ordinatio, & probatur ex Text. *in L. Quod te.*, *ff. Si certum petat. L. Si in Aſia.*12. §. *fin. ff. Depoſit.*, Afflict. *dec.*150. *ex n.*1., ubi latè, Caroc. *de Locat. p.*4. *tit. de Caſibus, q.*11. *num.*1., Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.*295. *n.* 3., Leotard. *de Uſur. q.* 83. *n.* 32., Salgad. *in Labyrint. credit. p.* 3. *cap.* 11. *n.*33., Moraes *de Execut. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 9., Hermoſilh. *L.*3. *gloſ.*8. *tit.*1. *part.*5. *n.*1., Peg. *For. tom.*1. *cap.*3. *n.*888., *& tom.*5. *cap.*86. *num.*23.

Non dicitur tamen debitor conſtitutus in mora, quando aliquam juſtam cauſam habet non ſolvendi; Menoch. *conſ.*293. *ſub n.*10., Cyriac. *controv.* 103. *n.* 46., *& controv.*374. *n.* 22. *&* 23., ubi in *n.* 24. dicit ſolam dubitationem ſufficere; Altimar *de Nullitat. contract. tom.*4. *rubr.*1. *q.*21. *n.*45., ubi in *n.* 46. dicit ſufficere quamlibet cauſam etiam frivolam; Scacc. *de Commerc.* §.1. *q.*7. *p.* 2. *ampl.* 8. *n.*101., Gratian. *For. cap.* 639. *n.*15. dicit ſufficere quamlibet cauſam, etiam beſtialem; Merlin. *Controv. Forenſ. centur.*2. *cap.*42. *n.*5., Staib. *de Intereſſ. lib.*1. *q.* 16. *num.* 34. Et dicitur juſta cauſa, ad hoc ut debitor non poſſit dici in mora conſtitutus, quòd debitum non ſit liquidum; Petr. Barboſ. *in L. Divortio.* 8. §. *fin. n.* 4. *ff. de Solut. matrimon.*, Leotard. *de Uſur. q.* 84. *n.*1., Hering. *de Fidejuſſor. cap.*24. *n.*142., Rot. Roman. *apud Poſth. poſt tract. de Subhaſtat. dec.*187. *n.*13., Gratian. *For. cap.* 42. *ex n.*23., Staib. *Reſolut. For. centur.* 2. *obſerv.*173. *n.*12.

Dicitur etiam juſta cauſa, ſi debitor offerat pecuniam creditori, & ille nolit eam recipere; quia tunc excuſatur à mora, nec tenetur de caſu fortuito; Petr. Barboſ. *in L. Si mora.* 10. *ff. de Solut. matrimon. n.* 14., Altimar *de Nullit. contract. tom.*4. *rubr.*1. *q.*18. *n.*411., Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. q.*2. *à n.* 1. *cum ſeqq.*, Moraes *de Execut. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 15. Dicitur etiam juſta cauſa nimia paupertas debitori ſuperveniens, abſque ejus culpa, quæ illum reddit impotentem ad ſolvendum, ut ex mente Theologorum probat Afflict. *dec.*20. *num.*3., Scacc. *de Commerc.* §. 1. *q.*7. *p.*2. *ampliat.* 8. *ſub n.*100. *verſic. Amplia.*, Staiban. *de Intereſſ. lib.*1. *quæſt.* 17. *n.* 35., Altimar *de Nullitat. d. quæſt.*18. *n.*402. *in fin.*, Moraes *de Execution. lib.*2. *cap.*14. *n.*8. *&* 13.

(b) De caducitate emphyteuſis ob non ſolutum canonem per triennium, egimus in verb. *Foreiro, que naõ pagar a penſaõ, ou foro ao Senhorîo por tempo de tres annos, &c.* Et an Emphyteuta non ſolvens canonem per triennium, poſſit purgare moram, offerendo poſtea illum, tranſacto jam triennio? negativè reſolvitur in hac Ordinatione, quæ eſt conformis Juri communi, ubi etiam ita diſpoſitum invenitur in *L.*2. *Cod. de Jur. emphyt.*, Surd. *conſ.*97. *n.*32., Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.*453. *n.*5., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*6. *diſp.*10. §.3. *n.*16., Britt. *in cap. Potuit. de Locat.* §.4. *n.*51., Pinheir. *de Emphyt. diſp.*8. *ſect* 2. *n.*27., Gabr. Per. *dec.*119. *n.*17. Sed ad hoc ut emphyteuta excludatur à purgatione moræ, an debeat præcedere declaratio facta à Domino? quæſtio eſt dubia inter Doctores; de quo vide Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. Canon. q.*6. *num.*1. *&* 2., Pinheir. *de Emphyt. diſp.*8. *ſect.* 2. *n.*28. *in fin.*

(c) De æquitate canonica admittitur purgatio moræ in Emphyteuſi Eccleſiaſtica; ut declarat hæc Ordinatio, & de Jure conſtat ex Text. *in cap. Potuit. de Locat.*, & tenent Cardin. de Luc. *tit. de Emphyt. q.*41. *n.*9., Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. q.* 6., Pacion. *de Locat. cap.*55. *à n.*48., Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 453., Sperel. *dec.*71. *à n.* 44., Noguerol *alleg.* 6. *n.* 76., Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.*28. *n.*15., *& dec.*119. *n.*26., Fragoſ. *de Regim. Reip. p.*3. *lib.*6. §. 2. *n.* 12., Pinheir. *de Emphyt. diſp.*8. *ſect.*2. *à num.*33.

Limita tamen ſi in contractu interveniat pactum reſolutivum, ſcilicet, quòd ipſo jure, & facto incurratur caducitas non ſolvendo Canonem; nam quoties in contractu adjicitur dies, & pœna, non admittitur purgatio moræ; Anſald. *conſ.* 57. *num.* 97., Brunem. *ad Codic. lib.*2. *tit.* 4. *de Tranſact. l.* 9. *num* 3., Valaſc. *de Jur. emphyt. q.*5. *n.*13., Valenzuel. *conſ.*16. *n.*11., Auguſt. Barboſ. *ad Text. in cap. Mora.* 25. *n.* 9. *de Regul. Jur. in Sext.*, Portug. *de Donat. lib.*1. *prælud.* 2. §. 1. *n.* 105., Altimar *de Nullit. contr. tom.*6. *rubr.*1. *p.*4. *q.* 37. *n.* 319., & quamvis Gutierr. *de Juram. confirmator. p.* 3. *cap.* 17. *ex num.* 5. defendat, quòd etiam in hoc caſu admittitur purgatio moræ de æquitate canonica, attamen adverſus eum inſurgit Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 564. *num.* 3., ſed idem Gutierr. ſe vindicat à Molin. *in lib.* 4. *Quæſt. civil. q.* 67. *ex num.* 1., quem etiam vide in *conſ.*33. *num.*3., & de materia agit Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de Solut. canon. q.* 6. *ex n.* 22.

Limita

MORADORES da Caſa d'El-Rey, que tem Ordens ſacras, reſponderáõ perante as Juſtiças Seculares nos crimes quanto ao civel, que deſcender de alguns damnos, ou crimes por elles comettidos, para ſatisfaçaõ da parte, *liv.* 2. *tit.* 4. (a)

Moradores do Algarve gozaõ de privilegios de Cavalleiros, poſto que naõ tenhaõ cavallos, *liv.* 2. *tit.* 60. (b)

Moradores das Ilhas podem ſer demandados por acçaõ nova perante os Corregedores da Côrte, ſendo nella achados, poſto que os contratos, por que ſaõ demandados, ſejaõ feitos nas Ilhas, *liv.*3.*tit.*5.§.*fin.* (c)

Moradores das Ilhas demandados em algum lugar por contrato ahi feito, ou por couſas nelle ſituadas, ſaõ remettidos á Côrte, *ibid.*

Moradores de S. Jorge da Mina, ou aſſiſtentes, que naõ abraõ corôa, *liv.*5.*tit.*107.§.17.

Moradores da Côrte, que tem moradîa d'El-Rey, naõ podem ſer demandados fóra della, ſalvo ſobre força, roubo, injuria, ou outros maleficios, que poderáõ ſer demandados nos Lugares, onde os cometterão, *liv.* 3. *tit.* 6.

Moradores da Caſa d'El-Rey, poſto que Clerigos, que naõ quizerem reſponder nos crimes, em quanto ao civel, perante as Juſtiças d'El-Rey, perdem as Tenças, Moradîas, e Mercês, que delle tiverem, *liv.* 2. *tit.* 4.

MORAR naõ ſerá ninguem conſtrangido em algumas Terras, ou Caſaes, *liv.* 4. *tit.* 42. (d)

MORDOMOS de Fidalgos tem os privilegios, que ſeus Caſeiros, *liv.* 2. *tit.* 58. §. 2.

Mordomos de Fidalgos naõ pouſaráõ nas Igrejas, e Moſteiros, nem lhes tomaráõ ſuas couſas contra vontade dos Abbades, e ſeus Clerigos, *liv.* 2. *tit.* 21.

Mordomos de Deſembargadores tem os privilegios de ſeus Caſeiros, *liv.*2.*tit.*59.§.3.

Mordomo-mór póde trazer ſeus contendores á Côrte, *liv.* 3. *tit.* 5.

Mordomo de quem ſe fiou dinheiro, ou fazenda, e nella fizer furto, haverá a pena arbitraria até morte natural, *liv.*5.*tit.*60.§.8.

MO'RGADO naõ he, ſe na inſtituiçaõ for conteûdo que o adminiſtrador haja certa couſa, ou certa cotta das rendas, e o que ſobejar, ſe gaſte em Miſſas, ou obras pias, *liv.* 1. *tit.*62. §. 53. (e)

Mórgado he quando o teſtador diſſe, que o adminiſtrador cumpra certas Miſſas, ou encargo, e o mais haja para ſi, *ibid.* (f)

Mórgado he quando o inſtituidor deixou ſeus bens a alguem com encargo de Miſſas, ou de outras obras pias, *ibid.* (g)

Mórgado

Limita 2. ſi jus partis ſit factum deterius propter expenſas jam factas in lite, vel propter aliud damnum quocumque modo paſſum; Gratian. *For.cap.*915.*n.*3., Fulgin. *de Jur. emphyt. d. q.* 6. *n.* 18., Altimar *de Nullitat. tom.*4. *rubr.*1.*p.*2. *q.*18. *n.*419. Limita 3., ſi purgatio moræ fiat poſt litem conteſtatam, quia ſolummodo ante litis conteſtationem admitti debet, ut declarat hæc Ordinatio, & tenent Mantic. *de Tacit. & ambig.lib.*14.*tit.*38. *n.*13., *& lib.*19. *tit.*5. *num.*14., Portug. *de Donat. lib.*1. *prælud.*2. §. 1. *n.* 113., Altimar *de Nullitat. rubr.* 1.*p.* 4. *q.* 37. *n.*321., Gabr. Per. *dec.*119. *num.*27., Pinheir. *de Emphyt. diſp.*8. *ſect.*2. *n.*29.

(a) Vide ad hanc Ordinationem Gabr. Per. *de Man. Reg. cap.*49., *& dec.*58. *n.* 28.

(b) De hoc privilegio vide Arouc. *in L.* 6. §. 1. *ff. de Rer. diviſ. n.*4., *& in L.*15. *ff. de Stat. homin. num.*17., *& in L.*31. *ff. de Legib.* Quod tamen limita in crimine beti, in quo hæc privilegia ſunt derogata, ut patet ex Regimine *dos Tabacos* §. 16.

(c) Concordat Ord. *lib.*1. *tit.*7. §.8.

(d) Ad hanc Ordinationem vide Lagun. *de Fruct.p.*1. *cap.*28. *num.* 195., Portug. *de Donat. lib.*1. *Prælud.*2. §. 2. *à n.*109., Arouc. *in L. Et ſervorum.*5. §.1. *ff. de Statut. homin. n.*16. Et nota, quòd libertas vivendi, ſeu conſtituendi domicilium in qualibet parte, provenit à jure naturæ; nam, ut inquit J. C. *in L.*4. §. *Libertas. ff. de Stat. homin.*, cum qua concordat Text. *in* §. *Libertas. Inſtit. de Jur. perſonar*, libertas nihil aliud eſt, quàm naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet: & Cicero *in Paradox.* 5. dicit, libertatem eſſe facultatem vivendi ut velis, & ubi velis: ideo Romani tempore, quo manumiſſionem ſervis præſtabant, utebantur illis verbis: *Liber eſto, ito quo velis*, ad ſignificandam veram, propriamque libertatem naturalem, ad quam reſtituebantur, ut obſervat Cujac. *lib.*14. *Obſerv. cap.*27.; & Sacra Pagina ad ſignificandam libertatem, quam Salmanazar Rex Aſſiriorum dedit Tobiæ, quando cum Iſraelitis exiſtebat captivus, inquit in *lib. Tobiæ cap.* 1. *Et dedit illi poteſtatem quocumque vellet ire.* Et ex hac ratione Ordinatio noſtra prohibet obligationem vivendi certo loco, utpote adverſativa juri naturali; nam neceſſitas vivendi ſeu commorandi præciſè in certo loco, reputatur tamquam ſpecies ſervitutis, ut inquit J. C. *in L.*2. *ff. de Liber. homin. exhibend.*, ibi: *Nihil enim à ſervientibus differunt, quibus non datur facultas recedendi quo velint.*

(e) Vide ſupra notata verb. *Inſtituiçaõ de Capella he aquella em que for conteûdo, que os Adminiſtradores hajaõ certa couſa, ou certa quotta das rendas, &c.*

(f) Vide ſupra verb. *Inſtituiçaõ de morgado he aquella em que for conteûdo, que os Adminiſtradores cumpraõ certas Miſſas, ou encargos, &c.*

(g) Intellige, ſi Inſtitutor declaret ſe velle majoratum inſtituere; nam onus Miſſarum ſimpliciter adjunctum non conſtituit majoratum; Valaſc. *conſ.*82. *n.* 8., Reynoſ. *obſerv.*68. *n.*20., Cald. *For. cap.* 23. *n.* 26., Gam. *dec.*30. *n.*1., *& dec.* 48. *n.* 1. *verſic. His tamen.*, *& dec.* 224. *n.*8., *& dec.*286., Lara *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 4., Caſtilh. *lib.*4. *Controv. cap.*9. *n.*9., *& lib.* 5. *cap* 93. §. 11., & tenet judicatum Peg. *For. cap.* 4. *num.*228., *& de Majorat. cap.* 4. *n.* 424. Si tamen ultra onus Miſſarum adjiciatur prohibitio alienationis, ea ratione expreſſa, ut bona in familia perpetuò conſerventur, tunc cenſetur inductus majoratus perpetuus; Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *n.*7., Lara *de Anniverſar. lib.*1. *cap.*4. *à n.*41., Caſtilh. *lib.*5. *Controverſ. cap.*93. §.2. *n.*15., Fuſar. *de Subſtitut.q.*688. *n.*17. *&* 18., Cabed. *p.*1. *dec.*96., *& areſt.*97., Reynoſ. *obſerv.*68. *n.*28., Phæb. *dec.*119. *ex num.*11., Peg. *de Majorat. cap.* 4. *à num.*428.

(a) Vide

Mórgado ſe próva pela poſſe immemorial, quando naõ ha outro titulo, *liv.* 1. *tit.* 62. §. 51. (a)

Mórgado póde ſer vendido por dividas do Inſtituidor, *liv.* 3. *tit.* 93. (b)

Mórgado ſe confiſca, durante a vida do condemnado por traiçaõ, *liv.* 5. *tit.* 6. §. 15. (c)

Mórgado cujo poſſuidor cometteo traiçaõ, morto elle, paſſa a quem pertencer por ſua morte, *ibid.* (d)

Mórgado, que deu El-Rey, torna ao meſmo Rey pela traiçaõ do poſſuidor delle, *ibid.* §. 16. (e)

Mórgado naõ ſe póde vender por dividas do poſſuidor delle, mas arrendar-ſe-haõ os bens; e pagos os encargos, ſe entregará o accreſcimo ao crédor, *liv.* 3. *tit.* 93. §. 1. (f)

Mórgado ſe morrer naõ fica ſua mulher em poſſe e cabeça de caſal dos bens delle, *liv.* 4 *tit.* 95. §. 1. (g)

Mórgado de bens patrimoniaes, ſe ſuccede nelle por via de repreſentaçaõ, *liv.* 4. *tit.* 100. (h)

Mórgado ſuccede nelle o neto filho do filho mais velho, ſe eſte tal filho mais velho fallecer em vida do poſſuidor, deixando filhos ou deſcendentes legitimos, *ibid.* *in princip.* (i)

Morgado ſe ſuccede nelle por repreſentaçaõ, naõ ſó a reſpeito dos aſcendentes, mas tambem a reſpeito dos tranſverſaes, ſendo deſcendentes do Inſtituidor, *ibid.* (k)

Mórgado,

(a) Vide ad materiam hujus Ordinationis Maced. *deciſ.* 15., Fraſſ. *de Patron. Reg. cap.* 95. *num.* 62., Pech. *de Aquæduct. cap.* 2. *queſt.* 3., Creſp. de Valdaur. *obſerv.* 14., Lagun. *de Fruct. part.* 1. *cap.* 15. §. 4., Peg. *Forenſ. cap.* 26. *n.* 93.

(b) Vide notata ſupra verb. *Arrematar ſe póde o mórgado por divida do Inſtituidor.*

(c) Vide ſupr. verb. *Confiſcaçaõ ſe póde fazer nos bens do mórgado para o Fiſco os poſſuir, em quanto viver o culpado, &c.*

(d) Nota ad hanc Legem, quòd ſi in inſtitutione majoratus adſit clauſula, quòd ſi illius poſſeſſor crimen Læſæ-Majeſtatis commiſerit, tranſeat in ſucceſſorem, illico, crimine commiſſo, tranſit ad ſequentem in ejus vita, & non ad Fiſcum; Gom. *in L.* 40. *Taur. num.* 91. *verſic. Confirmatur.*, Carvalh. *in cap. Raynaldus. p.* 2. *à n.* 403. *de Teſtament.*, Sanch. *in Summ. lib.* 2. *cap.* 18. *à n.* 24., Lagun. *de Fruct. p.* 2. *cap.* 4. *à num.* 127., Molin. *de Primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 16., alter Molin. *de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſp.* 656. *n.* 7., Aquil. ad Rox. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 11., Portug. *de Donat. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 115.; & vide notata in verb. *Confiſcaçaõ ſe póde fazer nos bens de mórgado para o Fiſco os poſſuir, em quanto viver o culpado, &c.*

(e) Vide ad hunc §. Cald. *For. q.* 23. *n.* 56., Carvalh. *in cap. Raynaldus. de Teſtam. p.* 2. *à n.* 397., Peg. *in Allegat. pro Dom. de Villa-Real. ex n.* 241., Miñano *in Allegat. pro Dom. de Aveir. in diſcurſ. adverſus Procuratores Regios. ex n.* 31., Delbene *de Offic. S. Inquiſit. part.* 1. *dub.* 117. *ſect.* 6. *n.* 15. *in fin.*, Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 660. *tom.* 3., Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 18. *à n.* 37., Molin. *de Primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *à n.* 39.

(f) Vide ſupr. notata verb. *Arrematar ſe podem as rendas das Capellas por dividas do Adminiſtrador dellas.* Et quid in melioramentis? an in illis poſſit continuari executio, ſeu poſſit ſucceſſor impedire eam, ut ordinariè convincatur? vide Peg. *tom.* 1. *ad Ord. pag.* 62. *ex n.* 124., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 33.

(g) Ad materiam hujus Ordinationis vide Valaſc. *conſ.* 111., Cald. *de Empt. & Vendit. cap.* 27. *n.* 36., Peg. *de Interdict. major. poſſeſſ. cap.* 5. *n.* 356. 389. 410. *& fere per tot.*, cum pluribus Guerreir. *de Diviſion. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 45.

(h) De ſucceſſione majoratus per viam repræſentationis vide Altograd. *controv.* 58. 59. *&* 60. *à num.* 88., *& controv.* 73., Rox. *de Incompatibilit. p.* 8. *cap.* 5. *ex n.* 10., Reynoſ. *obſerv.* 23. 24. 25. *&* 26., Mend. à Caſtr. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *ex n.* 8., Gabr. Per. *dec.* 116. *per tot.*, Cardoſ. *poſt tract. de Jur. accreſcend. reſp.* 2. *per tot.* maximè *ex n.* 58. *& reſponſ.* 3., Pinheir. *de Emphyt. p.* 2. *diſp.* 5. *ex n.* 84. *uſq. ad* 107., Phæb. *dec.* 104. Et an repræſentatio habeat locum in majoratibus inſtitutis in contractu, vide Robles *de Repræſent. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 18., *& cap.* 12. *per tot.*, Torr. *de Majorat. cap.* 34. *ex n.* 63., Valaſc. *conſ.* 122., Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 14.; Peg. *tom.* 11. *ad Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 1. *cap.* 53. *n.* 8., *& tom.* 2. *de Majorat. cap.* 10. *n.* 187. *&* 756., Guerreir. *de Diviſion. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 38.

(i) Ad materiam hujus Ordinationis vide ſupr. notata in verb. *Filho do filho mayor exclúe a ſeu tio na ſucceſſaõ do mórgado*; & ibi oſtendimus hanc Ordinationem obtinere locum in majoratibus bonorum Regiæ Coronæ, non obſtante Ord. *lib.* 2. *tit.* 35. §. 1.; & etiam adducitur quæſtio: An in caſu, quo primogenitus decedat ante inſtitutionem majoratus, admittatur filius ejuſdem primogeniti ad ſucceſſionem, excluſo patruo; de quo vide etiam Mier. *de Majorat. p.* 2. *q.* 4. *illat.* 2. *n.* 3. *per L. Sancimus, Cod. de Nuptiis*, Caſtilh. *lib.* 3. *controv. cap.* 19. *n.* 199.

Et quid ſi tempore mortis primogeniti patruus ſuccedat, & poſtea poſthumus naſcatur, an iſte nepos repræſentet patrem, & patruum excludat? quæſtio eſt altiſſima, teſte Rox. *de Incompatibilit. p.* 1. *cap.* 6. *à n.* 64., Valent. Illuſtr. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. *&* 9., Peg. *de Majorat. tom.* 2. *cap.* 9. *à n.* 255. *uſq. ad n.* 414., ubi res fuit controverſa, plenèque diſcuſſa, & tandem evictum pro poſthumo in judicio Reviſionis; addendus Altimar *de Nullit. tom.* 8. *rubr.* 1. *q.* 1. *ſub n.* 43. *verſic. Jus repræſentationis., & verſic. Idem quoad ſucceſſionem*, Arouc. *in L.* 7. *ff. de Statut. homin. n.* 19. *&* 20.

Et difficilior eſt alia quæſtio: An in majoratu incompatibili nepos excludat patruum, quando ſucceſſio majoratus incompatibilis nepoti defertur, & in ipſius filiis ſeparari debeat? vide Oleam *de Ceſſ. jur. in addit. ad tit.* 3. *q.* 4. *poſt fin. ex n.* 7., Caſtilh. *tom.* 6. *Controverſ. cap.* 178., Barboſ., Solorzan. & alios ab ipſo Olea citatos, Larream *dec.* 51., Rox. *de Incompatibilit. p.* 4. *cap.* 1.

Ad verb. *Filhos, ou deſcendentes legitimos*: ergo naturales non ſuccedunt in majoratibus, ut ſimiliter adducit Noguerol. *alleg.* 9 *num.* 25. alios adducens; & vide Larr. *dec.* 32., Rox. *de Incompat. p.* 1. *cap.* 6. *ex num.* 106., Guzman *Verit. jur.* 5., Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *ex n.* 1., Maced. *dec.* 106. *&* 107. Infertur etiam repræſentationem non dari niſi in legitimis; quod obſervatum fuit apud Peg. *de Majorat. tom.* 4. *pag.* 320. Aſt hoc intelligendum eſt, ubi naturales non ſuccedunt per viam regulæ; nam ſi ſucceſſibiles ſint, vigebit repræſentatio.

(k) Ad materiam hujus Ordinationis, illiuſque veram intelligentiam, vide Reynoſ. *obſerv.* 26. *n.* 6. *&* 7., & ibi Addition. Gabr. Per. *dec.* 59. *n.* 7., *& dec.* 116. *num.* 5. *&* 6., Souſ. de Maced. *dec.* 16. *n.* 17., Cardoſ. *poſt tract. de Jur. accreſcend. reſp.* 6. *n.* 58. *&* 60., Pinheir. *de Emphyt. diſp.* 5. *ſect.* 4. §. 3. *num.* 93. *&* 96., Peg. *de Majorat. tom.* 2. *cap.* 10. *à n.* 277. *& ſeqq.*, *& à n.* 579. Et ad intelligentiam L. 40. *Taur.*, quæ eſt ſimilis huic noſtræ Legi, vide Gutierr. *lib.* 3. *Practic. cap.* 66. *n.* 20. 28. *&* 30., Molin. *de Primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. *&* 4., & ibi Addent. *ad num.* 4., Robles *de Repræſent. lib.* 2. *cap.* 30. *à n.* 15. maximè *num.* 22.,

Caſtilh.

Mórgado, em que pertendem ſucceder tranſverſaẽs, que naõ ſaõ deſcendentes do Inſtituidor, ſe guardará na ſucceſſaõ o que he diſpoſto por direito commũm, *liv.* 4. *tit.* 100. *in fin. princip.* (a)

Mórgado ſe differe primeiro ao varaõ que á femea, eſtando em igual gráo, poſto que ſeja mais velha, *ibid.* §. 1. (b)

Mórgado ſe differe ao parente mais chegado do ultimo poſſuidor, ſendo do ſangue do Inſtituidor, *ibid.* §. 2. (c)

Mórgado ſe differirá pela ordem, que o Inſtituidor diſpuſer, *ibid.* §. 3. (d)

Mórga-

Caſtilh. lib.3. Controv. cap.19. à n.184., quorum doctrina deſervit etiam ad intelligentiam hujus Ordinationis.

Hæc diſpoſitio procedit, etiamſi tranſverſales, qui pertendunt ingredere ſucceſſionem, ſint ejuſdem lineæ, ſive diverſarum linearum, procedentium ex diverſis filiis cujuſcumque antiqui poſſeſſoris; Rox. de Incompatibil. p.1. cap. 6. à n. 167., Larrea dec. 8. num.30., Addent. ad Molin. lib.3. cap.6. n.31., Gabr. Per. dec. 59. n.6., Reynoſ. obſerv.23. n.6., Cald. conſ.13. n.17., Valaſc. de Juſt. acclamat. p.2. punct.1. §.1. num.11., Guerreir. Quæſt. Forenſ. q.29. n.21., Peg. de Majorat. tom.2. cap.10. num.45. Quia reſpectu Fundatoris majoratus omnes ex primo vocato deſcendentes, unius ſunt lineæ, etiamſi inter ſe tranſverſæ lineæ à prima deſcendentes conſiderentur; ex Text. in L. Stemmata.9., & L. Juriſconſultus.10. §. Nam quoties, ff. de Gradib. affinit. cum nihil aliud ſit linea, quàm collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtinguens, ut ait Robles de Repræſentat. lib.3. cap.4. n.16., Molin. de Primogen. lib.1. cap.6. n.37.

(a) Vide ad hanc Ordinationem Gabr. Per. dec.116. n.8., Reynoſ. obſerv. 26. per tot. præcipuè n. 16., Cardoſ. poſt tract. de Jur. accreſcend. reſponſ.2. n.61., Robles de Repræſent. lib. 2. cap.29., Valenzuel. conſ. 23. ex n. 40., Guzman Verit. Jur. 6., Maced. dec.16. ex n. 23., Pinheir. de Emphyt. diſp.5. ſect.4. §. 3. ex n.98., Peg. de Majorat. cap.10. ex n. 63., Torres de Majorat. cap. 41. §. 7. Et vide hìc ſequentem Notam Senatoris Joan. Alvar. da Coſta: *A Ord. tit. 100. in fin. princip. manda entre tranſverſaes obſervar o direito commum de Auth. Poſt fratres: porêm he queſtaõ ſe ha de ſer inter filios fratrum ultimi poſſeſſoris, ſeu reſpectu Inſtitutoris. Pro proximitate reſpectu Inſtitutoris ſtat Reynoſ. obſerv.26. n.16., Cardoſ. de Jur. accreſcend. reſp.2. ex n.61. Pro proximitate poſſeſſoris Pinheir. de Emphyt. diſp. 5. n. 98., Valaſc. de Juſt. Acclamat. p. 2. punct. 1. à num.26., Rot. poſt Urceol. de Tranſact. dec. 64. 65. 69. 70. & 71., & ita judicatum apud Peg. tom.4. de Majorat. § 25. pag.314., e na Cauſa de Caſtello de Vide, partes Bartholomeu Joachim Monteiro, e Franciſco Cardoſo Caſtel-branco, Eſcrivaõ Felix Carlos de Souſa, anno* 1742. Quod eſt conforme Ord. hoc tit.100. §. 2.

(b) Vide ſupr. notata in verb. *Filho varaõ precede á filha, poſto que mayor na ſucceſſaõ do mórgado.* Et vide etiam Robles de Repræſent. in Addit. lib.2. cap.29. ad n.7., Molin. de Primog. lib.3. cap.4. n.4. & 5., & cap. 6. num. 49., alter Molin. de Juſt. & Jur. diſp.627. ſub n.7., Reynoſ. obſerv.24. n.13., Caſtilh. lib.3. Controv. cap.19. n.151. & ſeqq. & 155., Flores ad Gam. dec.337. & dec. 51., Gom. in L. 40. Taur. n.62., Cald. de Nomin. emphyt. q.14. ſub n.1., & de Renovat. emphyt. q.17. n.9., & q.19. n.23.

Intellige hanc Ordinationem, etiamſi filia ſenior ſit ex primo matrimonio, & filius junior ex ſecundo, ut contra Gam. defendit Gabr. Per. dec.122., Addit. ad Reynoſ. obſerv. 64. ſub n. 26. Quia fœmina in primogeniorum, & majoratuum ſucceſſione reducitur ad inſtar ſecundi gradus, & in ſecundo gradu reputatur, maſculus verò in primo; Covarr. lib.3. Var. cap 5. n.4. verſic. Sexto. & n.5., & lib. Practicar. cap.38. n.8., Lara de Anniverſar. lib.1. cap.5. num. 75. 80. & 81., Molin. de Primogen. lib.4. cap 4. n.12. 15. & 16., Gabr. Pereir. dec. 122. ſub num. 1., alter Molin. de Juſt. & Jur. diſp.625. num.3., Roxas de Incompatibilit. p.1. cap.8. n 53. & p.3. cap. 4. num. 6., Vela diſſert.49. n. 50., Fuſar. de Subſtit. q. 385. n. 9. & 10.

Nota tamen, quòd excluſio fœminarum propter maſculos, non intelligitur confusè de omnibus maſculis, cujuſcumquæ lineæ, & gradus ſint, ſed ordine ſervato, & ſic de maſculis ejuſdem lineæ, in quam ſucceſſio eſt ingreſſa, & ejuſdem gradus; non autem de maſculis diverſæ lineæ, aut gradus remotioris; Molin. de Primogen. lib.3. cap.5. n.71., ibique Addent. Cenſal. ad Peregrin. de Fideicomiſſ. artic.20. verſic. Tertia ſit concluſio., Parlador. Quæſt. For. q.1. n. 4. 5. 6. & 10., Roſa conſ. 69. n.4. 6. 8. & 12., Luc. de Lin. legal. artic.12. n. 3. & ſeqq., Cabed. p.1. dec.208., Phæb. dec.39. num.9. & 10., Peg. de Majorat. p.2. c.10. n. 653., Actolin. reſol. 13. n. 31. & 32. Si tamen Inſtitutor majoratus indefinitè maſculos etiam remotiores fœminis prætulerit, tunc maſculi cujuſvis lineæ, & gradus fœminas excludunt; Avendaño in L.40. Taur. gloſ.9. n.52. & 53., Aguirr. in Reſponſ. de Succeſſ. Regn. Portug. p.2. n.7. & 8., Roſa d. conſ. 69. ſub n.84.

(c) Vide Caſtilh. lib.5. Controv. cap.93. §.13., Giurb. de Feud. §.2. gloſ.6. n.79., & gloſ.8. n.39., & gloſ.13. n.36. & 37., Velam diſſertat.49. à n.76. uſq. ad 78., Roſ. conſ.2., quem etiam vide conſ.35. à n. 26., Portug. de Donat. p.3. cap.21. à n. 10., Arouc. alleg. 40. n. 14., Peg. de Majorat. cap.2. n.119., Guerreir. de Diviſion. lib. 4. cap. 7. ex n. 40., Valaſc. conſ.121. n.2., Cabed. p.2. dec.51. num. 6., Gam. dec. 7. & dec.354. n. 9.

Et nota, quòd per hunc §. non excluditur repræſentatio, licèt id ex hac Lege deduceret Valaſc. de Jur. emphyt. q.50. n.34. ad fin., Gam. dec.307. n.4., & dec. 385. ad fin.; ſed solùm decidit controverſam inter Doctores quæſtionem: An debeat ſuccedere proximior ultimo poſſeſſori, an proximior Inſtitutori? & ſequitur opinionem Socini in L. Si cognatis. ff. de Reb. dub., exploſa opinione Bartholi in eadem Lege; & ita benè judicavit Senatus apud Gam. d. dec.385. in fin. Et vide de hac materia Maced. dec. 16. ex n. 11., Valaſc. de Juſt. Acclamat. p. 2. §. 4. punct. 13. à n. 16. pag. 166., Pinheir. de Emphyt. diſp.5. n.97. & 98.

Ad verb. *Do ultimo poſſuidor*; nota, quòd ultimus poſſeſſor cenſetur is, cui delata eſt ſucceſſio, licèt poſſeſſionem non occupaverit; Solorzan. tom. 2. cap. 16. n.102. Ad verb. *Sendo do ſangue do Inſtituidor*; infertur ex hoc, quòd proximitas aliunde proveniens non prodeſt; de quo vide Pereir. dec.5. & 48., Souſ. de Maced. dec.1. n.35., Rox. de Incompatibil. p.1. cap.6. n. 273. Et an pater vel mater, tamquam proximior ſuccedere poſſit? vide Rox. d. cap.6. ex n.178., Luca de Lin. legal. artic.8. à n.74. Et quid ſi concurrant duo æque conjuncti, ſed tamen unus duplici vinculo? Rox. de Incompatibil. p. 1. cap. 6. à n.254., Maced. dec.1. n.35. & 37.

